deſiimus:claſſem fugientem ꝓſecuti ſumus vſq; in Sydā,quę extrema regio eſt ꝓuincię meę.
Ibi cognoui partē nauiū Dolabellę diffugiſſe,reliquas Syriā ꝑtiiſſe.Quibus diſiectis,cū ſci-
rem C.Caſſii ſingularis ciuis,& ducis claſſem maximam fore pręſto,in Syriam ad meū offi
cium reuerti,daboq; oꝑam,vt meum ſtudium,diligentiā vobis P.C.reiq; pub.pręſtē, ꝑcu-
niamq; q̄maximam potero,& q̄celerrime cogā,omnibuſq; rationibus ad vos mittā.Si ꝑ-
currero prouinciā,& cognouero qui vobis & reip.fidem pręſtiterunt in cōſeruanda ꝑcunia
a me depoſita,q̄q; ſcelere vltro deferētes ꝑcuniā publ.hoc munere ſocietatē facinorꝫ cū Do
labella inierunt,faciam vos certiores.De quibus,ſi vobis videbitur,ſi vt meriti ſunt graui-
ter conſtitueritis,noſq; veſtra auctoritate firmaueritis,facilius & reliqua exigere vectigalia
& exacta ſeruare poterimus.Interea quo cōmodius vectigalia tueri, prouinciāq; ab iniuria
defendere poſſim,ꝓſidiū neceſſariū volūtariūq; cōparaui.His literis ſcriptis,milites circiter
xxx.quos Dolabella ex Aſia cōſcripſerat,e Syria fugientes in Pamphyliā venerunt.hi nūcia
uerunt Dolabellā Antiochiā,quę in Syria eſt,veniſſe:non receptū,conatū eſſe aliquoties vi
introire,repulſum ſemꝑ eſſe,cū magno ſuo detrimēto.Itaq; centū circiter amiſſis, ęgriſq; re
lictis,noctu Antiochia ꝓfugiſſe Laodiceā verſus.Ea nocte oēis fere Aſiaticos milites ab eo
diſceſſiſſe,ex his ad octingentos Antiochiā rediiſſe,& ſe iis tradidiſſe,q̄ a Caſſio relicti vrbi
illi ꝑ̄erāt.Cęteros ꝑ Amanū in Ciliciā deſcēdiſſe,quo ex numero,ſe quoq; eſſe dicebāt.Caſſiū
autē cū ſuis oībus copiis nūciatū eſſe quatridui iter a Laodicea abfuiſſe tū,cum Dolabella eo
Opinione celerius.
tenderet.Quāobrē opinione celerius cōfido ſceleratiſſimū latronē pœnas daturum . Quar-
to nonas Iunias.Pergę.

C.TREBONIVS.M.T.C.S.P.D.

Ciceroiunior.

SI vales bene eſt,ego q̄dē valeo.Athenas veni ad.xi.Cal.Iunii,atq; ibi q̄d ma
xime optabā,vidi filiū tuū deditū optimis ſtudiis,ſummaq; modeſtię fama.
Qua ex re quātā voluptatē ceꝑim,ſcire potes etiā me tacēte. Nō.n.neſcis
Veterrim⁹
quāti te faciā,& q̄ ꝓ nr̄o veterrimo,veriſſimoq; amore oīb⁹ tuis ēt minimis
Auribus dare.
cōmodis nō mō tāto bono gaudeā.Noli putare mi Cicero me hoc aurib⁹
tuis dare: nihil adoleſcēte tuo,atq; adeo nr̄o(nihil em̄ mihi a te pōt eē ſe-
iūctū)aut amabili⁹ oīb⁹ iis,q̄ Athenis ſunt,eſt:aut ſtudioſi⁹ earū artiū,quas tu maxīe amas,
Gratulor.
hoc eſt,optimarū.Itaq; tibi,q̄d vere facere poſſū,libēter quoq; gratulor,nec min⁹ ēt nobis,ꝙ
eū,quē neceſſe erat diligere qualiſcūq; eēt,talē habem⁹,vt libēter quoq; diligam⁹.Qui cū mi
hi ī ſermōe inieciſſet ſe velle Aſiā viſere,nō mō īuitat⁹,ſed etiā rogat⁹ eſt a me,vt id potiſſi
Pręſtaturi.
mū nobis obtinētibus ꝓuinciā faceret.Cui nos & charitate & amore tuū officiū ꝓ̄ſtaturos
Cratippus.
non debes dubitare.Illud quoq; erit nobis curæ,vt Cratippus vna cū eo ſit,ne putes in Aſia

feriatū illū ab iis ſtudiis,in quę tua cohortatione incitatur,futurū.Nā illū paratū vt video & ingreſſum pleno gradu,cohortari nõ intermittemus,quo in dies longius diſcēdo, exercē doq; ſe ꝓcedat.Vos qd egeritis in rep.cū has literas dabā,nõ ſciebā.Audiebā quędā turbulēta,quæ ſcilicet cupio eſſe falſa,vt aliquādo otioſa libertate fruamur,qđ vel minime adhuc mihi contigit.Ego tamē nactus in nauigatione noſtra puſillū laxamēti,concinnaui tibi munuſculum ex inſtituto meo,& dictū cū magno noſtro honore,a te dictū cõcluſi,& tibi infra ſubſcripſi.In quibus verſiculis ſi tibi qbuſdam verbis ἀσχημονέστερος videbor,turpitudo ꝑſonę eius,in quā liberius inuehimur,nos vindicabit.Ignoſces etiā iracūdię noſtrę,quę iuſta eſt in eiuſmodi & homines & ciueis.Deinde qd magis hoc Lucilio licuerit aſſumere libertatis,q̄ nobis:cū etiā ſi odio par fuerit in eos quos lęſit,tamē certe nõ magis dignos habuerit,in quos tanta libertate verborū incurreret.Tu,ſicut mihi pollicitus es,adiunges me q̄primū ad tuos ſermones.Nāq; illud nõ dubito,quin,ſi qd de interitu Cęſaris ſcribas, non patiaris me minimā partē,& rei,& amoris tui ferre.Vale,& matrē,meoſq; tibi commēdatos habe.VIII.Calen.Iunias.Athenis.

Feriatus.
Lucilii libertas.
Incurro.

M.T.C.CORNIFICIO COLLEGAE.S.

GRata mihi eſt vehemēter memoria noſtri tua,quā ſignificaſti literis:quam vt cõſerues,nõ ꝙ de tua cõſtātia dubitē,ſed qa mos eſt ita rogādi,rogo.Ex Syria nobis tumultuoſiora quędā nūciata ſunt:q̄ quia tibi ſunt ꝓpiora, q̄ nobis,tua me cauſa magis mouent,q̄ mea.Romę ſummū otiū eſt,ſed ita,vt malis ſalubre aliqđ,& honeſtū negotiū:qđ ſꝑo fore,qa video id curę eſſe Cęſari.Me ſcito dū tu abſis,quaſi occaſionē quādam,& licētiā nactū ſcribere audacius:& cętera qdē fortaſſe,q̄ etiā tu concederes,ſed ꝓxime ſcripſi de optimo genere dicēdi:in quo ſępe ſuſpicatus ſum te a iudicio noſtro,ſic ſcilicet,vt doctū hominē a nõ indocto, paululū diſſidere.Huic tu libro maxime velim ex animo,ſi minus gratię cauſa ſuffragere.Dicā tuis,vt eū,ſi velint,deſcribāt,ad teq; mittāt.Puto em̄ etiā ſi rē minus ꝓbabis , tñ in iſta ſollicitudine qcqd a me ꝑfectū ſit,iucūdū tibi fore.Qꝫ mihi exiſtimationē tuā,dignitatē ꝙ cõmendas,facis tu quidē omniū more:ſed velim ſic exiſtimes, me,cū amori,quē inter nos mutuū eſſe intelligā,plurimū tribuā,tū de ſummo ingenio,& de optimis tuis ſtudiis, & de ſpe ampliſſimę dignitatis ita iudicare,vt neminē tibi anteponā,cõparē paucos. Vale.

Liber de optimo genere dicendi.
Exiſtimatio tua.
Cornificii prętantia.

CICERO CORNIFICIO COLLEGAE.S.D.

QVod extremū fuit in ea epiſtola,quā a te ꝓxime accepi,ad id primū reſpondebo.Animaduerti em̄ hoc vos magnos oratores facere nõnunq̄.Epiſtolas requiris meas: ego autē nūq̄ cū mihi denūciatū eſſet a tuis ire aliquē,nõ dedi.Qđ mihi videor ex tuis literis intelligere,te nihil cõmiſſurū eſſe temere, nec ante,q̄ ſciſſes,quo iſte neſcio q Cæcilius Baſſus erūꝑeret, qcq̄ certi conſtituturū:id ego & ſꝑarā prudētia tua fretus,& vt cõſiderē, fecerunt tuę grauiſſimę literę.Idq; vt facias q̄ſæpiſſime,vt & qd tu agas,& quid agat̄ ſcire poſſim,& etiā qd acturus ſis,valde te rogo . Etſi ꝑiniquo patiebar animo te a me digredi,tñ eo tempore me cõſolabar,ꝙ & in ſummū etiā otiū te ire arbitrabar,& impēdētibus magnis negotiis diſcedere.Vtrūq; cõtra accidit.Iſtic em̄ bellū eſt exortū,hic pax conſecuta,ſed eiuſmodi pax,in qua ſi adeſſes,multa te nõ delectarent.ea tamen,quę ne ipſum Cęſarem quidem delectant.BELLORVM enim ciuilium hi ſemꝑ exitus ſunt,vt non ea ſolum fiant , quæ velit victor,ſed etiam,vt iis mos gerendus ſit,quibus adiutoribus parta ſit victoria. Equidem ſic iam obdurui,vt ludis Cęſaris noſtri ęquiſſimo animo viderem T.Plācum, audirem Laberii, & Publii poemata.Nihil mihi tam deeſſe ſcito,q̄ quicum hęc familiariter,docteq; rideam.Is tu eris,ſi q̄primū veneris.Qđ vt facias,non mea ſolū,ſed etiā tua intereſſe arbitror. Vale.

Oratorum mos.
Pati.
Bellorū ciuiliū exit9.

M.T.C.CORNIFICIO.S.

LIbentiſſime legi tuas literas:in qbus iucūdiſſimū mihi fuit,ꝙ cognoui meas tibi redditas eſſe.Nõ em̄ dubitabā,quin eas lubēter lecturus eſſes, verebar ne redderent̄.Bellū qđ eſt in Syria,Syriāq; ꝓuinciā tibi tributam eſſe a Cęſare,ex tuis literis cognoui:eādē rē tibi volo bñ,& feliciter euenire. Qđ ita fore cõfido,fretus & induſtria,& prudētia tua.Sed de Parthici belli ſuſpitiõe qđ ſcribis,ſane me cõmouit.Quātū copiarū haberes,cū ipſe cõiectu

Verebar ne red.

ra cõſequi poterã,tũ ex tuis literis cognoui.Itaq; opto ne ſe illa gens moueat hoc tempore, dum ad te legiones eę pducant,quas audio duci.Qꝫ ſi pares copias ad cõfligendũ nõ habebis,nõ te fugiet vti cõſilio M.Bibuli,q̃ ſe oppido munitiſſimo,& copioſiſſimo tãdiu tenuit q̃diu in puincia Parthi fuerũt.Sed hoc melius ex re,& ex tẽpore cõſtitues.Mihi quidẽ vſq; curę erit q̃d agas,dũ,q̃cq̃d egeris , ſciero.Literas ad te nũq̃ habui cui darẽ,quin dederim.A te,vt idem facias,peto:in primiſq;,vt ita ad tuos ſcribas,vt me tuum ſciant eſſe. Vale.

M.C.CORNIFICIO COLLEGAE.S.

GRatę mihi tuæ literæ,niſi ꝙ Sinueſſanũ diuerſoriolũ contẽpſiſti. Quã q̃dẽ contumeliã villa puſilla iniquo animo ferret,niſi in Cumano, & Põpeiano reddideris πάντα περὶ πάντων. Sic igitur facies, meq; amabis,& ſcripto aliquo laceſſes.Ego enĩ reſpõdere facilius poſſum,q̃ puocare.Qꝫ ſi vt es,ceſſabis,laceſſam,nec tua ignauia etiam inertiam afferet.Plura otioſus.Hęc cũ eſſem in ſenatu,exaraui. Vale.

M.C.CORNIFICIO.S.D.

Cõmend. CAius Anitius familiaris meus,vir omnibus rebus ornatus,negotiorũ ſuoꝝ cauſa legatus eſt in Aphricã legatione libera:eũ velim rebus omnibus adiues,operãq; des,vt q̃cõmodiſſime ſua negotia cõficiat.In primiſq; quod ei chariſſimũ eſt,dignitatẽ eius tibi cõmẽdo.Idq; a te peto,q̃d ipſe in puincia facere ſum ſolitus nõ rogatus,vt oĩbus ſenatoribus lictores darem,ꝙ idem acceperã,& id cognouerã a ſummis viris factitatũ.Hoc igit̃ mi Cornifici, facies: cęteriſq; rebus omnibus eius dignitati,reiq;,ſi me amas,conſules:id erit mihi gratiſſimum.Da operam vt valeas.

M.T.C.S.D.P.CORNIFICIO.

NOs hic cum homine gladiatore omniũ nequiſſimo collega noſtro Antonio bellũ gerimus,ſed nõ pari cõditione,cõtra arma verbis.At etiã de te cõcionatur,nec impune,nã ſentiet quos laceſſierit.Ego autẽ acta ad te oĩa arbitror pſcribi ab aliis: a me futura debes cognoſcere,quorũ q̃dẽ nõ eſt difficilis cõiectura.Oppreſſa oĩa ſunt,nec habẽt ducẽ boni, noſtriq; τυραννοκτόνοι
Tyrannici dę. Lõge gẽtiũ. longe gentiũ abſunt.Panſa & ſentit bene,& loquit̃ fortiter.Hircius noſter, tardiꝰ cõualeſcit.Quid futurũ ſit,plane neſcio.Spes tamẽ eſt vna,aliq̃n populũ Ro. maiorũ
Maiorum ſimilis. ſimilẽ fore.Ego certe reip.nõ deero,& quicquid acciderit,a quo mea culpa abſit,animo forti feram.Illud pfecto quoad potero, tuã famã,& dignitatẽ tuebor. Ad.XIII.Cal.Ian.Senatus frequens mihi eſt aſſenſus,cũ de cæteris rebus magnis,& neceſſariis,tũ de puinciis ab iis, q̃ obtinerẽt,retinẽdis,neq; cuiq̃ tradẽdis,niſi q̃ ex ſenatuſcõſulto ſucceſſiſſet.Hoc ego cũ reip. cauſa cẽſui,tũ mehercule in primis retinẽdę dignitatis tuæ.Quãobrẽ te amoris noſtri cauſa rogo,reip.cauſa hortor,vt ne cui q̃cq̃ iuris in tua puincia eſſe patiare: atq; vt oĩa referas ad dignitatẽ,qua nihil poteſt eſſe pſtantius.Vere tecũ agã,vt neceſſitudo noſtra poſtulat.In Sempronio,ſi meis literis obtẽperaſſes,maximã ab omnibus laudẽ adeptus eſſes.Sed illud & præteriit,& leuius eſt.Hæc magna res eſt.Fac vt puinciã retineas in poteſtate reip. Plura ſcripſiſſem,niſi tui feſtinarẽt.Itaq; Cherippo noſtro me velim excuſes. Vale.

M.T.C.P.CORNIFICIO.S.D.

OMnem conditionẽ imperii tui,ſtatumq; prouincię mihi demonſtrauit Tratorius.O multa intolerabilia locis omnibus.Sed quo tua maior dignitas, eo quę tibi acciderunt minus ferẽda.Neq; enĩ quę tu propter magnitudinem,& animi,& ingenii moderate fers,a te non vlciſcenda ſunt , etiam ſi non ſint dolenda.Sed hęc poſterius.Rerum vrbanarum acta tibi mitti cer
Octauianꝰ. to ſcio:quod ni ita putarem,ipſe perſcriberem,in primiſq; Cęſaris Octauiani conatum,de quo multitudini fictum ab Antonio crimen videtur,vt in pecuniam adoleſcentis impetum faceret.Prudentes autem & boni viri,& credũt factum,& probant.Quid q̃ris?magna ſpes eſt in eo:nihil eſt quod non exiſtimetur laudis,& glorię cauſa facturus.An
Interfecto res ſuos. tonius autem noſter familiaris,tanto ſe odio eſſe intelligit,vt cum interfectores ſuos domi comprehenderit,rem proferre non audeat.Ad.VII.Idus Octobris Brunduſium venerat, p fectus obuiã legionibꝰ Macedonicis.iiii.quas ſibi conciliare pecunia cogitabat,eaſq; ad vrbẽ adducere,& in ceruicibus noſtris collocare.Habes formam reip.ſi in caſtris poteſt eſſe reſp.

In qua tuam vicem ſæpe doleo,ꝙ nullam partem ꝑ ętatem ſanę & ſalue reip. guſtare potui
ſti. Atq; antehac quidem ſperare ſaltem licebat,nũc etiã illud ereptum eſt.Quę em̃ ſpes eſt,
cum in concione dicere auſus ſit Antonius,Canutium apud eos ſibi locum quęrere,quibus
ſe ſaluo locus in ciuitate eſſe non poſſet?Equidẽ,& hæc,& omnia quæ homini accidere poſ
ſunt,ſic fero,vt philoſophię habeam magnam gratiam,quę nõ modo me a ſollicitudine ab
ducit,ſed etiam contra omneis fortunæ impetus armat:tibiq; idem cenſeo faciundum,nec a
quo culpa abſit,quicq̃ in malis numerandũ.Sed hæc tu melius. Tratorium noſtrum cũ ſem
per probaſſem,tum maxime in tuis rebus ſummam eius fidem, diligentiam,prudẽtiamq; co
gnoui.Da operam vt valeas,hoc mihi gratius facere nihil potes.

*Philoſophię bona*

M.T.C.S.D. CORNIFICIO.

EGo nullum locum prætermitto,nec enim debeo,non modo laudãdi tui,ſed
ne ornandi quidem.Sed mea ſtudia erga te,& officia malo tibi ex tuoꝝ lite-
ris,q̃ ex meis eſſe nota.Te tñ hortor,vt omni cura in rempub.incũbas. Hoc
eſt animi,hoc eſt ingenii tui,hoc eius ſpei,quã habere debes amplificãdæ di
gnitatis tuę.Sed hac de re alias ad te pluribꝰ.cũ enim hæc ſcribebam,in ex-
pectatione erant omnia: nõdum legati redierant,quos ſenatus nõ ad pacem
deprecandam,ſed ad bellum denunciandum miſerat,niſi legatorum nũcio paruiſſet. Ego ta
men,vt primũ occaſio data eſt,meo priſtino more rempu.defendi,me principem ſenatui po-
puloq; Ro.profeſſus ſum,nec poſtea q̃ ſuſcepi cauſam libertatis,minimum tẽpus amiſi tuen
dæ ſalutis,libertatiſq; communis. Sed hæc quoq; te ex aliis malo. T.Pinariũ familiariſſi-
mum meum,tanto tibi ſtudio commendo,vt maiore non poſſim. Cui cum propter omneis
virtutes,tum etiam propter ſtudia cõmunia ſum amiciſſimus.Is procurat rationes,negotia
q; Dionyſii noſtri,quẽ & tu multum amas,& ego omnium plurimum. Ea tibi ego nõ debeo
commendare,ſed commendo tamen. Facies igitur, vt ex Pinarii gratiſſimi hominis literis
tuum,& erga illum,& erga Dionyſium ſtudium perſpiciamus. Vale.

*Incumbo.* *Nec minimum.* *Commẽdatio.*

M.T.C.S.P.D.CORNIFICIO.

LIberalibꝰ literas accepi tuas,quas mihi Cornificiꝰ altero viceſimo die,vt di
cebat,reddidit.Eo die nõ fuit ſenatus,neq; poſtero.Quinquatribus frequen
ti ſenatu cauſam tuã egi nõ inuita Minerua. Etem̃ eo ipſo die ſenatꝰ decre
uit,vt Minerua nr̃a,cuſtos Vrbis,quã turbo deiecerat,reſtitueret.Pãſa tu-
as literas recitauit. Magna ſenatꝰ approbatio cõſecuta eſt cũ ſummo gau-
dio,& offenſione Minotauri,ideſt clauis,& tauri:factũ de te ſenatuſcon.ho
norificũ.Poſtulabat aũt,vt etiã illi notarent,ſed Pãſa clementior.Ego mi Cornifici quo die
primũ in ſpem libertatis ingreſſus ſum,& cũctãtibꝰ cęteris ad.xiii.Cal.Ianu.fundamẽta reip.
ieci,eo ipſo die prouidi multũ,atq; habui rationẽ dignitatis tuę.Mihi em̃ eſt aſſenſus ſena-
tus de obtinẽdis prouinciis.Nec vero poſtea deſtiti labefactare eũ,qui ſũma cũ tua iniuria,
cõtumeliaq; reip.ꝓuinciã abſens obtinebat.Itaq; crebras,vel potius quotidianas cõpellatiões
meas nõ tulit,ſeq; in vrbẽ recepit inuitus,neq; ſolũ ſpe,ſed certa re iã,& poſſeſſiõe deturba-
tus eſt.Meo iuſtiſſimo,honeſtiſſimoq; conuitio te tuã dignitatẽ ſumma tua virtute tenuiſ-
ſe,ꝓuincięq; honoribꝰ ampliſſimis affectũ vehemẽter gaudeo.Q; te mihi de Sẽpronio pur-
gas,accipio excuſationẽ:fuit em̃ illud qđdã grecũ tẽpus ſeruitutis. Ego tuoꝝ conſilioꝝ au-
ctor,dignitatiſq; fautor,iratus tẽporibus,in Gręciã deſperata libertate rapiebar, cũ me Ete-
ſię,quaſi boni ciues,relinquẽtẽ remp.proſequi noluerũt,auſterq; aduerſus maximo flatu me
ad tribuleis tuos Rhegyũ retulit,atq; inde vẽtis,remiſq; in patriã omni feſtinatione ꝓpera-
ui,poſtridieq; in ſũma reliquoꝝ ſeruitute liber vnus fui.Sic ſum in Antoniũ inuectus,vt il-
le nõ ferret,omnẽq; ſuũ vinolẽtũ furorẽ in me vnũ effunderet,meq; cũ elicere vellet ad cæ-
dis cãm,tũ tẽtare inſidiis.quẽ ego ructãtẽ,& nauſeantẽ confeci in Cęſaris Octauiani plagas.
Puer.n.egregius ꝑſidiũ ſibi primũ,& nobis,deinde ſummę reip.cõparauit:q niſi fuiſſet,Anto
nii reditus a Brũduſio,peſtis patrię fuiſſet.Quę deiceps acta ſint,ſcire te arbitror.Sed redea-
mus ad illud vnde diuertimꝰ. Accipio excuſationẽ tuã de Sẽpronio. neq; em̃ ſtatuti qđ ĩ tã
ta ꝑturbatiõe habere potuiſti.Nũc hic dies aliã vitã affert, alios mores poſtulat,vt ait Terẽ
tius.Quãobrẽ mi Quinte conſcẽde nobiſcũ,& qđẽ ad puppim.Vna nauis eſt iã bonoꝝ oĩm,
quã quidẽ nos damus operam,vt rectam teneamus,vtinã proſpero curſu.Sed quicũq; venti
erunt,ars noſtra certe nõ aberit.Quid.n.ꝑſtare aliud virtus põt?Tu fac vt aĩo magno ſis,&

*Liberalia.* *Altero viceſimo.* *Minerua.* *Ieci fund.* *Eteſiæ venti.* *Tribules.* *Rhegyum.* *Octauiani laus.* *Terent.* *Nauis vna*

†Lētulum. excelſo,cogiteſqꝫ oēm dignitatē tuā cū rep.cōiunctā eſſe debere.P.†Luciū mihi meū cōmen-das,quē quibuſcūqꝫ rebꝰ potero diligēter tuebor.Hirciū quidem,& Pāſam collegas noſtros homines in conſulatu reip.ſalutareis,alieno ſane tempore amiſimus,rep.Antoniano quidem latrocinio liberata,ſed nondum omnino explicata:quā nos,ſi licebit,more noſtro tuebimur,
Defatigati. q̄q̄ admodum ſumus iam defatigati.Sed nulla laſſitudo impedire officium , & fidem debet. Verum hęc hactenus.Ab aliis te de me,q̄ a me ipſo malo cognoſcere.De te audiebamus ea, quę maxime vellemus.De Cn.Minutio,quem tu quibuſdam literis ad cælum laudibus extu liſti,rumores duriores erāt.Id quale ſit,omīnoqꝫ quid iſtic agatur,facias me velim certiorē.
Commēd. Q.Turius,qui in Aphrica negotiatus eſt,vir bonus,& honeſtꝰ,hęredes fecit ſimiles ſui Cn. Saturnium,Sex.Aufidium,Cn.Anneum,Q.Confidium,Gallū Lucium,Seruiliū Poſthumiū, C.Rubellinū.ex eoꝝ oratione intellexi gratiarū actione eos magis egere,q̄ commendatione. Tanta em̄ liberalitate ſe tua vſos prędicabant,vt iis plus a te tributum intelligerē,q̄ ego au derē te rogare,audebo tn̄.Scio.n.quantū ponderis mea cōmēdatio ſit habitura. Quare a te ꝑto,vt ad eā liberalitatem,qua ſine meis literis vſus es,q̄maximus his literis cumulus acce dat.Caput aūt eſt meę commendationis,ne patiare Erotem Turium Q.Turii libertum, vt adhuc fecit,hæreditatem Turianam auertere,cæteriſqꝫ omnibus rebus habeas eos a me cō-mendatiſſimos.Magnam ex eorum ſplendore,& obſeruantia capies voluptatem . Quod vt velis,te vehementer etiam,atqꝫ etiam rogo. Vale.

M.T.C.S.P.D.CORNIFICIO.

Commēd. SExtus Aufidius & obſeruātia,qua me colit,accedit ad ꝓximos,& ſplēdore equitis Romani nemini cedit.Eſt aūt ita temꝑatis,moderatiſqꝫ moribꝰ,vt ſūma ſeueritas,ſumma cū humanitate iungat̄.Cuius tibi negotia q̄ ſunt in Aphrica,ita cōmendo,vt maiore ſtudio, magiſve ex aīo commendare non poſſim.Pergratū mihi feceris,ſi dederis oꝑā,vt is intelligat meas apud te lr̄as maximū pōdus habuiſſe.Hoc te vehemēter mi Cornifici rogo. Vale.

M.T.C.S.P.D.CORNIFICIO.

ASſentior tibi eos,quos ſcribis Lilybęo minari,iſtic pœnas dare debuiſſe : ſed metuiſti,vt ais,ne nimis liber in vlciſcēdo viderere.Metuiſti igit̄, ne grauis ciuis,ne nimis fortis,ne minus te dignus viderere.Qꝫ ſocietatem reip.con-ſeruandę tibi mecum a patre acceptam renouas,gratum eſt:q̄ ſocietas inter nos ſemꝑ mi Cornifici manebit.Gratum etiam illud, ꝙ tuo nomine gra-tias agendas non putas.nec enim id inter nos facere debemus. Senatus ſæ-pius pro dignitate tua apꝑllaretur,ſi abſentibus conſulibus vnq̄,niſi ad rem nouam cogere tur.Itaqꝫ nec de Seſter.xx.nec de Seſter.dcc.qcq̄ agi nunc ꝑ ſenatum poteſt.Tibi autem ex ſenatuſconſulto imꝑandū,mutuumqꝫ ſumendum cenſeo.In rep.quid agat̄,credo te ex eo-rum literis cognoſcere,qui ad te acta debent ꝑſcribere.Ego ſum ſpe bona, conſilio,cura,la-bore nō deſum,omnibus inimicis reip.eſſe me acerrimum hoſtem pre me fero.Res neqꝫ nūc difficili loco mihi videtur eſſe,& fuiſſe facillima,ſi culpa a quibuſdā abfuiſſet. Vale.

M.T.C.S.P.D.CORNIFICIO.

Commēd. NOn mō te,cui oīa noſtra notiſſima ſunt,ſed neminē in Po.Ro.arbitror eſſe, cui ſit ignota ea familiaritas,q̄ mihi cū L.Lamia eſt.Etem̄ magno theatro ſpectata eſt tū,cū eſt ab A.Gabinio conſule relegatꝰ,ꝙ libere,& fortiter ſa-lutē meā defendiſſet.Nec ex eo amor inter nos natꝰ eſt,ſed ꝙ erat vetus, & magnus,propterea nullū ꝑiculū ꝓ me adire dubitauit.Ad hęc officia,vel merita potiꝰ,iucūdiſſima cōſuetudo accedit,vt nullo prorſus plus hoīe de lecter.Nō puto te iā expectare,qbus eū tibi verbis cōmēdē.Cauſam.n.tāti amoris intelligis:q̄ verba deſideret,iis me oībus vſum putato.Tātū velim exiſtimes,ſi negotia Lamię, ꝓcurato-res,liberos,familiā,qbuſcūqꝫ rebꝰ opus erit,defenderis,gratius mihi futurū, q̄ ſi ea tua libe-
Pertineo. ralitas ꝑtinuiſſet ad rē familiarē meā.Nec dubito,quin ſine mea cōmēdatiōe,qđ tuū eſt iudi ciū de hoībꝰ,ipſiꝰ Lamię cā ſtudioſe oīa facturꝰ ſis.Qꝫq̄ erat nobis dictū,te exiſtimare alicui
Purgat. ſenatuſcōſulto,qđ cōtra dignitatē tuā fieret,ſcribēdo Lamiā affuiſſe,q oīno cōſulibꝰ illis nū q̄ fuit ad ſcribēdū.Deinde oīa tū falſa ſenatuſcōſulta deferebant̄.Niſi forte etiā illo Sēpronia no ſenatuſcō.me cēſes affuiſſe,q ne Romę qdē fui,vt tū de eo ad te ſcripſi re recēti.Sed hæc hactenꝰ.Te mi Cornifici etiā,atqꝫ etiā rogo,vt oīa Lamię negotia,mea putes eē,cureſqꝫ vt i

telligat hãc cõmẽdationẽ maximo ſibi vſui fuiſſe. Hoc mihi gratiꝰ facere nihil potes. Cura vt valeas.

M.T.C.S.P.D.CORNIFICIO.

ITa ne pręter litigatores nemo ad te meas literas: multę iſtę quidem. Tu eñ
pꝛfeciſti, vt nemo ſine literis meis tibi ſe cõmẽdatũ putaret. Sed qs vnq̃ tuo
rũ mihi dixit eſſe cui darẽ, quin dederim: aut quid mihi iucũdius, q̃ cũ co-
rã tecũ loqui nõ poſſim, aut ſcribere ad te, aut tuas legere literas: Illud ma- Excuſat ſe
gis mihi ſolet eſſe moleſtũ, tãtis me impꝛdiri occupationibꝰ, vt ad te ſcribẽ- ꝙ non ſcri-
di meo arbitratu facultas nulla det. Nõ.n. te epiſtolis, ſed voluminibus laceſ pſerit.
ſerem, quibus qdẽ me a te ꝓuocari oportebat. Quis enim occupatus ſis, otii tñ plus habes.
Aut ſi ne tu qdẽ vacas, noli impudẽs eſſe, nec mihi moleſtiã exhibere, & a me literas crebrio
res, cũ tu mihi raras mittas, flagitare. Nã cũ antea diſtinebar maximis occupationibꝰ, ꝓpter
ea ꝙ oĩbus curis rẽp. mihi tuẽdã putabã, tũ hoc tẽpore multo diſtineor vehemẽtiꝰ. Vt enim
grauiꝰ ęgrotãt ii, qui cũ leuati morbo vident, in eũ deintegro inciderũt, ſic vehemẽtius nos Recidiuũ.
laboramꝰ, qui ꝓfligato bello, ac pꝛne ſublato, renouatũ bellũ gerere conamur. Sed hæc hacte
nus. Tu tibi mi Cornifici fac vt pſuadeas, nõ eſſe me tã imbecillo aĩo, ne dicã inhumano, vt
a te vinci poſſim, aut officiis, aut amore. Nõ dubitabã equidẽ: verũtamẽ multo mihi notio-
rẽ amorẽ tuũ effecit Cherippus. O hoĩem ſemꝑ illum qdẽ mihi aptũ, nũc vero etiam ſuauẽ. Cherippi
Vultus mehercule tuos mihi expſſit omneis, nõ ſolũ aĩum, ac verba ꝑtulit. Itaq; noli vereri laus.
ne tibi ſuccẽſuerim, ꝙ eodẽ exẽplo ad me, quo ad cęteros. Requiſiui eqdẽ ꝓprias ad me vnũ
a te literas, ſed neq; vehemẽter, & amãter. De ſũptu, quẽ te ĩ rẽ militarẽ facere, & feciſſe dicis,
nihil ſane poſſum tibi opitulari, ꝓpterea ꝙ & orbus ſenatus cõſulibꝰ amiſſis, & incredibiles
anguſtię pꝛcunię publicę, q̃ cõquirit vndiq;, vt optime meritis militibꝰ ꝓmiſſa ſoluant. Qđ q
dẽ fieri ſine tributo poſſe nõ arbitror. De Accio Dionyſio nihil puto eſſe, qm̃ mihi nihil di
xit Tratoriꝰ. De Publio Luceio nihil tibi cõcedo, quo ſtudioſior eius ſis, q̃ ego ſim. Eſt eñ Luceius.
nobis neceſſarius. Sed a magiſtris cũ contenderẽ de proferendo die, ꝓbauerũt mihi ſeſe, quo
minus id facerent, & compromiſſo, & iureiurando impꝛdiri. Quare veniendum arbitror Lu
ceio. q̃q̃ ſi meis literis obtempꝛrauerit, cũ tu hęc leges, illũ Romę eſſe oportebit. Cæteris de
rebus, maximeq; de pꝛcunia, cũ Panſæ mortem ignorares, ſcripſiſti q̃ pꝛr nos ab eo cõſequi te
poſſe arbitrarere. q̃ te non fefelliſſent, ſi viueret: nam te diligebat. poſt mortem aũt eius quid
fieri poſſet, non videbamus. De Venuleio, Latino, Horatio, valde laudo. Illud non nimium
probo, qđ ſcribis, quo illi animo ęquiore ferrẽt, te tuis etiã legatis lictores ademiſſe. Honore
enim cũ ignominia dignis nõ erant cõparãdi: eoſq; ex ſenatuſcõſulto, ſi nõ decedũt, cogẽdos
vt decedant, exiſtimo. Hæc fere ad eas literas, quas eodem exemplo binas accepi. De reliquo, Exemplũ.
velim tibi pꝛrſuadeas, nõ eſſe mihi meam dignitatem tua chariorem. Vale.

## M.T.C.EPISTOLARVM FAMILIARIVM LIBER TERTIVSDECIMVS.

M.T.C.S.P.D.MEMMIO.

ETſi nõ ſatis mihi cõſtiterat, cũ aliq̃ ne animi mei moleſtia, an po-
tiꝰ libẽter te Athenis viſurus eſſem: ꝙ iiuria, quã accepiſti, dolore
me afficeret: ſapiẽtia tua, qua fers iiuriã, lętitia: tñ vidiſſe te mallẽ.
Nam qđ eſt moleſtię, nõ ſane multo leuiꝰ eſt, cũ te nõ video: qđ eſſe
potuit voluptatis, certe, ſi vidiſſem te, plus fuiſſet. Itaq; nõ dubita
bo dare opꝛrã, vt te videã, cũ id ſatis cõmode facere potero. Interea
qđ per literas & agi tecũ, & vt arbitror, cõfici põt, agã. Nũc a te il-
lud primũ rogabo, ne qd iuitꝰ mea cauſa facias, ſed id qđ mea in-
telliges, tua nullam in partẽ multum intereſſe, ita mihi des, ſi tibi,
vt id libenter facias, ante pꝛrſuaſeris. Cum Patrone Epicureo mihi Commen-
omnia communia ſunt, niſi ꝙ in philoſophia vehementer ab eo diſſentio. Sed & initio Ro- datio Pa-
mæ, cum te quoq;, & tuos omneis obſeruabat, me coluit in primis: & nuper, cum ea quæ vo tronis.
luit de ſuis commodis, & pręmiis conſecutus eſt, me habuit ſuorum defenſorum & amicoꝝ
fere principꝛm: & iam a Phædro, qui nobis, cũ pueri eſſemus, anteq̃ Philonem cognouimus,
valde, vt philoſophus, poſtea tamen vt vir bonus, & ſuauis, & officioſus ꝓbabat, traditꝰ, mi
hiq; cõmẽdatꝰ eſt. Is igit Patro, cũ ad me Romam lr̃as miſiſſet, vti te ſibi placarẽ, peterẽq; vt